


Michael Watson Johannes Olthoff

Exercitatio Academica De Veterum Et Hodiernarum Aliquot Rerum Publicarum Constitutionibus

Rostochi[i]: Richelius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730215067>

Druck Freier  Zugang



Ru phie 1657.

Michael Watson, Po

Johannes Althoff, Resp

EXERCITATIO ACADEMICA
DE
VETERUM
ET HODIERNARUM
ALIQUOT RE-
RUM PUBLICARUM CON-
STITUTIONIBUS.

Quam

Consensu Amplifs. Facult. Philos.
In Celeberrima Rostochiensis Universitate

P R Æ S E S

M. MICHAEL WATSONIUS

ET RESPONDENS

JOHANNES OLTHOFF

Gryphiswald, Pomeranus,

Publico Examine destinavit

Ad d. 26. April. in Aud. Majori.

Horis Pomerid.



ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Sen. Typogr.

Anno c13 13c LI.

Sicut luxationes artuum humani corporis accedente vulnere, ita animi errores accedente perturbatione, periculosiores esse, pronunciavit Plurarchus de Superst. initio p. 164. Id si alicubi verum est, sanè quam maximè obtinet in Politicis, cum enim omnia, quæ tum in prima Politica parte, quæ Ethica dicitur, tum in altera quæ Politica appellatur, nec non in Oeconomicis, eo sine sint proposita, ut rectè de rebus Civilibus ac Domesticis sentire & secundum præcepta prudenter ac justè agere discamus: necessum est, sincerè percipiamus illa, quæ Civem aut Patrem familias decent, quò sine inscitia & turpitudinis labe, decoram vitam transigamus. Ne igitur similes simus illis, qui quævis alia quærentes sue sue conditionis immemores vivunt, & ut Plato in Theæteto p. 127. inquit, ridiculi, superbi ac contemptores apparent, dum quæ palam sunt ignorant, quæ sub terra sunt & quæ supra demetiuntur, arte Cælum transcendent, omniaq; quæ ad naturam rerum pertinent considerantes, his autem solis, quæ prope sunt, nullo modo se applicantes: Placuit nonnulla, quæ societatem humanam, ad quam natura destinati sumus, cum ea sine Oratio & ratio s. loquendi & deliberandi facultas nobis data sit, constituent, hac vice, exhibere. Uti verò homo natura duce societatem quandam appetit, cum sine hac decentem vitam vivere nequeat; sic & maxima societas, quæ ex primis simplicibus componitur & Civitas appellatur, à Natura instituta est. Et sicuti homo extra ordinem constitutus, non est Civis, neque finem assequi potest, sic Civitas sine ordine esse & finem obtinere nequit. Ordo ille Politia dicitur s. Respublica, quæ legibus determinata aliam atque aliam denominationem sortitur, maximè quando spectatur finis imperantium; est etenim idem finis singulorum hominum & totius Civitatis. Putant nonnulli hominem beatum, quando divitiis, potentia, aut virtute præ aliis instructus est, & Civitatis s. Reipubl. felicitatem collocant quidam in divitiis, alij in potentia, alij in virtutibus Civium. Hinc præcipuum Politici munus est Politias s. Rerumpubl. formas considerare. Ut sciat quænam sit omnium Rerumpubl. ex voto optima, quæ sit instar mensuræ & normæ, ad quam reliquæ examinanda, quæve sit optima inter illas, quæ dari possunt, vel datæ fuerunt, quænam sit in suo genere vel posita conditione optima. his vel illis hominibus, quænam Respubl.

ad plurimas Civitates facile accommodari possit quo in hac vivant Cives aliquo modo felices. Vid. l. 4. Polit. c. 1.

II. Constat quoque plurimas esse Rerumpubl formas easq; non omnes bonas, quamvis male non nisi nomine Respubl. sint; Ut inordinatus ordo, falsae religio, imperfecta & disjecta domus, unde & transgressiones Politiarum appellantur, definiuntur autem omnes à fine, partes materiales ac formales habent, & harum respectu non modò Tres bonae & totidem mala constituuntur, sed plures. l. 4. Polit. c. 4. Enarrantur vulgò Regnum ubi unus imperat, propter commune bonum, ea Respubl. assimilatur imperio Patris benevoli in filios & divino imperio, ac hac ratione Regnum Rerump. est optima; cui opponitur Tyrannis inter malas pessima. Aristocratia quando pauci eiq; optimi ac virtuosissimi imperant, ut toti Civitati sive Reip. bene sit: ea Respubl. similis est imperio prudentis mariti, in uxorem, ille imperat in quibus uxorem superat virtute, quae verò uxori conveniunt illa ei permittit, ita optimates imperant prout virtute & prudentia alios superant, neque adimunt imperium reliquis nulli melius imperare in quibusdam possint. Huic adversatur Oligarchia quando divites, qui per accidens pauci sunt, imperant multis injustè propter divitias & commodum divitum, ut si imprudens maritus omne domesticum imperium sibi unice vendicaret, aut si uxor dote & divitiis instructa, in Virum obtineat imperium. Politia verò in specie dicta, denotat rempubl. in qua maximam potestatem obtinent qui pro salute Civitatis pugnant, libertatem & divitias tanquam pauperum & divitum finem respicientes. Huic opponitur Democratia mala, in qua multitudo pauperum illud curat quod pauperibus conducit, & malis legibus ac moribus utitur. Politia quae & Timocratia appellatur, similis esse videtur Societati Fratrum, ubi sunt aequales, nisi in quantum aetas distinguit, Democratia verò imperio domestico, in quo paterfamilias non datur, aut carens autoritate reperitur, in tali domo quilibet servus imperium sibi arrogat. Uti verò in hisce nihil dicitur quod veritati non sit consentaneum, sic mentem Aristotelis & fidem historicam non assequuntur, qui plures species Rerumpubl. hauriri existimant. Quemadmodum enim certum est quod Regnum varias species habeat, quae tamen reducuntur ad duas, Laconicum scilicet & Perfectum; & Laconicum quidem quando pro militari sumitur, cum omni Reipubl. forma consistere potest, cum in singulis possit esse unus qui tempore belli imperium

perium in milites obtineat; Perfectum verò regnum apud nonnullos populos justum, apud alios iniquum est; Si verò Regnum sumatur ut optimum, ubi imperans antecellit virtutibus reliquos tanquam inter homines DEUS, pauca vel nulla regna extitisse aut extare certumerit. Et prout Tyrannis & Tyrannus nunquam in bonam partem apud Philosophos antiquos & infucatos sumuntur, sic quoque credendum non est, multo commodius esse promiscuè gentibus, si unus imperium habeat. l. 3. Pol. c. 7.

III. Præter illas verò simplices Rerumpubl. formas dantur pluri-ma mixta, quando imperantes partito opere & diverso fine imperant propter libertatem & divitias, ob potentiam & honores, adeoq; tam certum est dari Respubl. mixtas, quam dari colores & alia mixta in rerum natura, quamvis enim naturalis mixtio hic non fiat; nihilominus quod sæpissimè simplices rerumpubl. formæ prudentia quandoq; nonnunquam aliis artibus componantur, ut unicus fiat Reipubl. status ex simplicibus mixtus & temperatus in aprico est; neque opus est, ut ex æqualibus sit constituta partibus, poterit enim mixtum esse, ubi una pars prævalet & dominium quasi obtinet; & alia sæpe est constitutio, alia administratio Reipubl. atque quando plures fines, diversi obtemperantes, leges & statuta diversa se offerunt, nemo quod mixta sit Respubl. negabit. Ut si summa potestas partim sit penes illustres, partim plebejos, varia oriuntur Rerump. mixtura. Et prout simplices non continentur numero ternario vel senario si malas annumeres, nam potest fieri & factum sæpius, ut penes illustres eosq; vel divites, vel nobiles, vel virtute præclaros fuerit imperium, vel partim penes hos partim illos, vel potest esse penes plebejos, vel agricolas, pastores vel artifices vel mercatores vel etiam penes turbam mixtam. Non E. sufficit dicere, quod possit imperare unus, inde Monarchia compreh. Tynn. & Regn. vel plures & pauci, inde Aristocr. & Olig. vel multi inde Politia & Democr. sed quoque ratione imperantium ut sunt nobiles, divites, virtuos, plebei, agricolæ, mercatores &c. quatenus hi soli imperant & finem Reipubl. determinant, alia simplices Respubl. constituenda; & quando multi fines concurrunt mixta sit Respubl. Si summa potestas sit penes homines medios, qui neque summa virtutis sunt capaces, neque n. vis nobiles, divites, illa Respubl. peculiaris, multis civitatibus accommodata & melior esset Democratia & Oligarch. Ita si quidam propter pulchritudinem & staturæ quantitatem imperarent, peculiare essent Resp. & si multi dentur divites

divites imperantes paucis pauperibus, vel si pauci pauperes, multi divites imperarent, essent quidem hæc Resp. simplices, sed neque ad Oligarch. neque democraticam directè pertinerent. Vid. l. 4. Pol. c. 9. II. 14. l. 6. c. 1. & seqq

IV. His præmissis, quantum præsens institutum permittit, Veteres & Recentiores Respublicas ut constituta sunt, lustrabimus. Melius forte esset Respubl. Veteres quam Novas considerare, tum quia minus periculosum est, in his vitia taxare quam in nostris, tum quia eadem rerump. constitutio olim fuit ac nunc est, Tempore tantum differunt hodiernæ respubl. à Veteribus, & hæc accuratiori industria & certiori fide descripta sunt ac nostræ. Eo autem sine singula examinanda, ut pateat, quanam desint illis quo minus sint optima vel huic proxima, quæ vitia in illis vitam beatam impediunt, num aliter administraretur quam fuit instituta, & quomodo ex illis quæ bona sunt, seligere, quæ mala declinare debeamus. Id quod præ reliquis summo studio egit Philosophus, ut Cicero l. 5. de finibus dicat, quod omnium ferè civitatum Græciæ & Barbariæ mores ac instituta descripserit, & Laërtius in vita Arist. 158. Respubl. ab Arist. descriptas testatur. Omni laude major Politica hujus Viri luculentissimum huic rei fert testimonium; Proponuntur in illa variarum Rerumpubl. descriptiones, prolixè duas mirabiles Reipubl. formas ex Platonis sententia considerat. Plato enim in lib. de legibus inquirat & determinat Rempubl. mediam inter Democraticam & Oligarchiam, quæ mixta sit ex Monarchia vel tyrannide & Democratia, sed ita eam instituit talesq; leges & mores Civium describit, ut futura sit Oligarchia, in qua divites & potentiores imperiū tenent, sibi concedit posse quemlibet propria bona possidere & augere ad certum numerum, debere quemlibet ex censu bonorum aestimari, ut quidam possideant quatuor minas, quidam tres, quidam duas, quidam unam Vid. Plato l. 6. de legib. p. 809. & 863. In lib. de justo s. Respubl. ex Voto & in idea format Remp. in qua commodum & utile esse dicit, bonorum non omnium, sed externorum videlicet divitiarum, agrorum, servorum pecorum, nummorum, suppellestilis communionem, ne propter litigia quæ ex opum desiderio oriuntur, damnum capiat Respubl. utq; magis una sit Civitas, Uxorum, liberorum communionem non nisi hypotheticè & dubitative fovadet. Subdole igitur egit Plato in lib. de legibus, quod aliam formam laudet, aliam legibus formet; & ex lib. de justo hoc discamus

mus

1. & 2.

mus, quod necessum sit, ut Cives habeant quaedam communia, cum alias
tanquam socij vivere nequeant, omnium verò bonorum communione
ratione possessionis & usus concedere, est inordinatum Reipubl. statum in-
troducere. Explicat quoque Phalææ Chalcedonii sententiam, de insti-
tuenda Republ. quod & is, quo tranquille viverent Cives æqualitatem a-
grorum necessariam esse duxerit, cum omnino melius sit, ut quisque Civi-
um propria bona obtineat, quo liberalitati, temperantia, justitie, fortitu-
dini locus relinquatur, quod fieri nequit in promiscua bonorum possesse-
one. Hippodami quoque Milefii instituta examinantur, quod circa ju-
dicatorum administrationem, militum & agricoliarum rationem ordinavit,
quæ confusionem & difficultatem Reipubl. inferunt. Vid. l. 2. Polit. c. 2. us-
que ad 8. Subjungit postea statum Reipubl. Laced. Creten. s. Carth. & A-
theniensium & plurimum passim in Polit. mentionem facit, neque enim tam
paucæ historia potuissent sufficere, ad conscribendam scientiam. Si nihil
quod ad historiam attinet prætermisum fuerit, poterimus omnem rem,
cujus est demonstratio, invenire ac demonstrare lib. 1. prior. Anal. c. 30.
§ 3. Fuere Phal. & Hipp. tantum Doctores non administratores Rerump.

V. Lacædom. Reipubl. tradunt fuisse gubernatam à Regibus, vel
Dynastis & Tyrannis; Erypontem s. Erytionem dedisse ansam sua lenitate
seditioibus adeoq; mutationi Reipubl. Alias quam insignis fuerit hæc
Respubl. cum acutissimos & fortissimos Cives habuerit, ex historicis notum,
Thucydides sæpissime dignitatem & gravitatem Spartanorum recenset lib. 1.
& passim. Plutarchus in Apoth. in vita Lycurgi & c. Ex Helotia sive servo-
rum multitudine ac minus justo in illis imperio, sæpius ibi orta sunt seditio-
nes, ut cum bell. gererent cum Archivis, Arcadibus, Messeniis, adeoq; licen-
tia servorum, & mulierum luxuria, hæc Reipubl. vitiarunt; Viri enim
Lacædom. bellicosi, ad venerem proclives, servierant mulierum. Alias
cum Reges militares, Senatium ex prudentioribus, Ephoros de plebe electos
obtinuerint, quod mixta fuerit Respubl. constat, erat bona Respubl. quo-
ad constitutionem per leges à Lycurgo factam, sed male, neglectis legibus
administrabatur, dum malevolentia & Invidia mutua sese consumebant
impenantes. Reges ex certa familia electi navale imperium obtinuerunt
temp. belli, vix ullum pacis tempore, Senatores erant Seniores, publica judi-
cia administrarunt, leges condiderunt & officio per vitæ spatium præfue-
runt. Ephori à Theopompo Rege vel primo constituti, aut potius singulari

dignitate affecti, quo magis stabiliret Lacæd. & suorum successorum imperium, voluptatibus clam dediti, licet in leges repetito singulis mensibus iuramento iurarent, eas tamen non observarunt, sed quo Regum & Senatorum autoritatem imminuerent sedulo allaborarunt. Lycurgus legislator ut majorem observantiam statutis faceret, professus est se ab Apoll. leges accepisse, cum fuerint maximam partem leges Cretensium, voluit divites, potentes & mutuo benevolos, nec non fortes & temperates Cives reddere; quo per Convivia publica sepius iterata incolarum favor cresceret, ut quibus symbolam conferret vel civitate exiret. Cretensium ferè eadem fuit cum Lacæd. loco Ephorum obtinuerunt Cosmos, quos tamen sæpe civitate eiecerunt, Reges s. Dynastæ eorum, imprimis Minos & Rhadamanthus ejus frater leges condiderunt, quibus temperatam populi libertatem propugnarunt. Publica convivia instituerunt, sumptibus ex arario publico, quod tributis annuatim conservarunt agricolæ Civium, desumptis, floruit diutius hæc quam alia Veterum Respubl. ob regionis commoditatem & quia peregrini frequentes non accesserunt: Vivebant melius secundum leges quam Spartani, majorem quoque dignitatem Reges & Senatores obtinebant quam Cosmi; abominanda lex erat, quæ concedebant Masculorum concubitum, ne nimium liberorum procrearent, vel, ut exemplo Lacæd. moniti, arrogantiam mulierum refrenarent. quæ lex etiam apud Celtas obtinuit. lib. 2. Polit. c. 9. 10. 11.

7. VI. Carthaginenses Remp. liberam habuerunt, ac talem quæ merito reliquis antiquioribus in Græcia præferenda, à Didone Phœnicia eam conditam referunt & administratam Regio imperio primitus. Pro ut enim apud alias gentes & nationes imperium penes Reges initio fuit, sic & hic, cum enim homines parvas Civitates inhabitarent, ab uno facile gubernari poterant, hinc contulerunt Regum dignitatem iis, qui bene fecerant, vel benefacere poterant civitati aut genti, vel à servitute liberando, vel urbes condendo, & imperij fines dilatando; quod fecisse Didonem in exilio pulsam à Fratrem Tyranno Pygmalione, non pauci volunt, qui captam Trojam non referunt inter poëticas fabulas. Ipsa Carthago potentissima ac pulcherrima fuit urbs, ad mare mediterr. exstructa, bonisq; legibus instructa, quibus observatis, ut iterant à Charonta latæ, diutius, incolumis mansit, neque per Tyrr. neque per seditiones conturbata, nisi quod paulo ante fatalem, periodum, uti loquuntur, ad Oligarchiam deflexerit,

rit, cum divites majorem sibi raperent auctoritatem. Laude digna in aliis Rebus publ. frequentata observarunt, Regibus temp. belli summam dignitatem contulerunt, in electione Magistratus & Judicium attendebatur non etatis aut divitiarum, sed Virtutis praestantia, quod erat Aristocraticū. De reta Senatus & Regum ad populum per Centum & quatuor Viros deferbatur & cuilibet contradicendi potestas concedebatur, sub finem verò quinqve Viri ditiores hanc Rempubl. turbarunt, cum non ut virtuosi, sed ut divites fierent sibi proposuerunt, & pro lubitu officia Magistratus distribuebant: & sic collapsa fuit haec Respubl. quae publicis conviviis, colonorum & agricolarum tributis & Civium Virtute & Amicitia ab interitu vindicata fuerat. Thebani dicuntur primo sub Regibus ex Oedipi stemmate oriundis floruisse, cum ob benefacta regio honore filios & nepotes ejus affecissent, familia ista extincta, devolutum est imperium ad populum, tum ad optimates, donec pop. auctoritate crescente Democratia ibidem fuerit constituta. Leges Thebanorum condiderunt Philolaus & Diocles, qui secesserant ab ingratis suis Sympatr. Corinthiis, in quorum conspectu Monumenta sepulchr. erexere, quo inhumanitatis admonerentur Corinthij. Illi contra institutum Phaleae Chalcedonensis Reip. legislatoris, ordinarunt, necessariam esse in Rep. bonorum inaequalitatem.

8.

VII. Chalcedonenses & Milesii quales Resp. obtinuerint usque adeò non constat, liquet quibus legibus & institutis illas instaurare voluerint Phaleas & Hippodamus ut Chalced. fuerit non absimilis Platonice, quam mediam esse voluit inter Democrat. & Olig. si modo vixerint juxta sent: Phaleas. Milesii non spernenda consilia acceperunt ab Hippodamo, de judiciis publicis ac Synedriis, arario publico & bello. Hippodamus se describitur, quod vestitu delitaculus fuerit, & primo contemplativis post forensibus rebus animum applicarit, licet neque hic, neque Phaleas administrarint Rempubl. De alio quodam Hippodamo Plutarchus refert. in Lacon. Apophreg. p. 222. quod Spartam à rege missus, cum excessissent annum etatis 80. armis sumptis, dextra regi adsans in pugna mortem obierit ac dixerit, nonne honestius moriar pro Sparta fortiter pugnans. Magis celebrata est antiquorum monumentis Corynthiorum, Respubl. quae primitus Regibus s. Dynastis subiecta, exterminato enim Regio genere Syfiphi Dynastae ex posteris Herculis imperio potiti sunt, per quinqve secula ut ferunt, regnarunt usque ad Bacchidem, quo vivente in signis mutatio in

9.

hac

hac Rep. contigit, unde successores ejus Bachiada nominati, continuârunt
 regnum ad Tholestem, post eum Regius Status in Oligarchiam mutatus,
 tra tamen ut multitudinis magna fuerit libertas. Corinthij feruntur,
 inquit Thucydides lib. 1. p. 6. primi excogitasse naves, quæ ad eam, quæ
 nunc in usu est formam, proximè accederent, & vetustissimum navale præ-
 lium existisse Corynth. cum Corecyrensisibus, locuples & celeberrimum Em-
 porium Corynthus fuit. Quomodo vixerint in perpetuis dissidiis cum
 10. Corecyr. Lacedom. Atheniensibus & animosi ac ferocientes, animos dimi-
 serint prolixum est ex Thucid. & aliis referre. Corecyræi quoque Re-
 ges habuerunt, post Ochlocratia & Oligarchia ibidem floruerunt, quod
 11. intestina discordia, & varia eorundem pugna cum Corynth. Pelopon. te-
 stantur. Samii iidem Regibus subjecti, libertatem postea plebis quæsi-
 verunt, unde primores arma sumpserunt & aliquot interfecerunt, ali-
 quot exilio multarunt. Non potuerunt ferre imperium paucorum, at-
 que sic statum illum mutarunt, & democraticum elegerunt, sed rursus im-
 mutati, facta conjuratione popularem statum æquo animo tolerare vix
 12. potuerunt. Achæi a. primò sub Regibus, postea sub populari potestate vixe-
 runt, occasionem hujus mutationis dederunt Ogygi filij, qui regium munus
 13. in tyrannidem verterunt. Argivorum Civitas ab Inacho conditore &
 successoribus regio more administrata primò, post ejectis regibus antiquis,
 Heraclidæ imperium accepere, ex quorum stirpe Macedonia Reges oriun-
 tur. Quod cum Ambraticis & Lacedom. aliisq; pacta & bella nonnunq;
 gesserint, patet ex historiis.

14. VIII. Atheniensium Resp. non eadem fuit omni tempore. Ante
 Solonis temporæ Oligarchia fuit, ubi divites ac potentiores contra liber-
 tatem populi, ex amore divitiarum imperabant, id cum corrigere tenta-
 rent Solon & Draco, introducere voluerunt mixtam ex Aristocr. & De-
 mocr. desinientes Magistratum eligendum esse ex maximè virtuosis, Se-
 natum Arcopagiticum ex divitibus & plebeis, utq; apud populum judicandi
 & decidendi negotia civilia totam Remp. attinentia potestas esset. Diu ita
 vixerunt, sed post victoriam, quam à Xerxe penes Salaminam obtinue-
 runt, superbi facti, legibus moribusq; Antiquis insuper habitis, abrogato
 Magistratu & Senatu, Demagogos s. Tribunos plebis sibi delegerunt, & per-
 venerunt ad statum Democraticum. Tum varias vicissitudines præsertim
 viventibus Pericle & Ephialte hæc Resubl. habuit, hinc inconstantissimis
 ducti

ducti consiliis fœdera bellaq̄ varia inierunt. Vid. Arist. l. 2. Pol. c. 12. l. 6. de legib. Plat. Thucid. lib. 1. 2. passim. Fuerunt quoque apud Ath. Reges militares, quorum ultimus fuit Codrus, qui jugum servitutis ab aliis populis patria imponendum bello prohibuerat, & post in Dorienti prælio fortiter occubuit. Hinc nomine Regis abrogato, successorem ejus Medontem appellarunt Principem, Prætozem, & sic novo nomine potestatem imperantium paulatim imminuerunt & ad reddendam administrationis rationem incitarunt, pertasi postea principatus perpetui, hunc abrogarunt, & decennales Archontas constituerunt.

IX. Si quis diligentius vellet Arist. vel Historiarum scripta excutere, plurima de Veterum Rerumpubl. Constitutionibus afferenda, de Mytilænæorum, Syracusanorum, &c. nec non de Aliarum gentium, ut Asiæ & Ægypti antiquissimis Dynastiis Medorum & Persarum. Marcus Zverius Boxhornius, in Oratione Inaugur. Ao. 1648. habita, hæc recitavit: *Quid majus aut celebrius olim Ægyptiorum regno quod & populum DEI captivum aliquando habuit, & gravissima domus fuit servitutis. Ejus gentis imperium per Asiam olim omnem & magnam Europæ partem exporrectum penè ignoratur. Constat tamen Germanicum, imperante apud Romanos Tyberio, vidisse Veterum Thebarum magna vestigia, & mansisse structis molibus litteras Ægyptias, priorem opulentiam complexas, jussumq̄, è Senioribus Sacerdotum patriam sermonem interpretari. Referebat amplissimam extitisse olim Ægyptiorum dominatum &c. Hinc pergit Boxhornius: Qui hactenus, ut plerique, solas quatuor Monarchias, Assyriorum illas & Persarum & Græcorum s. Macedonum atq̄ve Romanorum commentis, intra futilem & pædagogicæ s. observationis sive meditationis, aut quod potius credendum est, imitationis terminos ac angustias summæ rei amplitudinem continuere, quod in observatum admirentur in Ægyptiis invenient. Quod ego quidem veritatis, sed longè lateq̄, hic diffuse, Studiosus, tanto ægrius fero, quanto pluris hactenus sunt illi, à quibus obvia tantum, & repetita sæpius & ignorata nemini, plerumque offeruntur. Hæc ille. Quo cum tum alij, tum nonnemo personatus Autor. Hippol. à Lapide sentit, cujus hæc sunt: Argumentum de quatuor Monarchiis s. summis imperiis ridiculum est & magno Viro indignum. Non sequitur; Quatuor ista summa imperia vulgo, omnium ferè consensu, dicuntur 4. Monarchiæ*

15.

B

narchiæ

narchie, E. non alius quam Monarchicus & regius est in illis status. Spiritus S. in hoc Danielis vaticinio, non absolute mundanum & mere Politicum futuri mundi regimen respicit, sed ad Ecclesiam imprimis collimat, idq; unice agit, ut ostendat quis status & quæ futura sint flagella, militantis in his terris Ecclesiæ, cujus historiam ita persequitur, quæ illa historie & satis præcipuorum mundi Regnorum implicatur. Nos hæc, ut apparet, ex aliorum sententia attulimus, & prout à fide dignis accepimus constat, apud Barbaros, ut Græcis dicebantur, maximam partem Regnum statum obtinuisse, unde quoque species quædam Regni dicitur Barbarico-Tyrannica. Constituerunt scilicet Reges, vel quia patriam à servitutis jugo jam tum imposto liberaverant, ut Cyrus Persarum, vel quia dispersos collegerant, ut Reges Maced. Molossorum & c. Neque diffidendum est, plurima ab historicis præsertim, immisceri in determinandis Rerum publ. antiq. formis, quæ fabulosa apparent, quod tum à Ctesia tum ab Herodoto, cum uterque vanitatis sit convictus à Plutarcho, Aristotele & aliis, factum esse omnino verum est. Si E. Coalemus mendaxq; sit Ctesias quia id Arist. iudicio maximus & Plutarch. gravis scriptor referunt, ab hoc crimine alienus non erit Herodotus vid. l. 3. hist. animal. c. 22. Plut. lib. de Malign. Herod. Confer. H. Conring. in Advers. chron. cap. 1.

16.

X. Quo paulo propius ad Nostræ Reip. statum deveniamus & illas quæ Europæis ac Germanis magis sunt exploratæ, cognoscamus: Ex historiis de Veteri Romanorum Imperio habendum, quod regium fuerit ubi Romulus, Numa, Hostilius, Ancus Martius, Tarquin. Priscus, Servius Tullius, Tarquin. Superbus regnarunt. Ante horum tempora sub Dynastiæ populus in istis regionibus vixit, prima Dynastia fuit posterorum Conti & Jani, conjectura est Gomerum filium Japheti primum fuisse Dynastiam, ultimam Kitim s. Italum cujus filia dicta fuerit Roma. Italum fuisse Arcadum Regem & ab illo cognominatam esse Italiam putat Thucid. lib. 6. p. 179. Arist. verò ex Viris doctis & antiquarum rerum scriptoribus recitat, Italum quendam Oenotriæ regem fuisse, à quo nomine mutato Italos pro Oenotriis fuisse appellatos. Hunc Italum ferunt, inquit Philosophus, Oenotrias qui pastores erant, agricolas fecisse & tum alias leges scripsisse, tum sodalitia conviviæq; publica lege sanxisse atque confirmasse l. 7. polit. c. 10. ubi quoque institutorum antiquitus factorum mentionem

nem facit. Secunda Dynastia dicitur Aboriginum, primus in ea Dynastia dicitur Saturnus s. Romanessus, ultimus Latinus qui est Socer Aeneae. Varro in Satyr. Menipp. 1. Aboriginum mentionem injicit, putant, quod fuerint antiquissimi Italiae populi, vagabundi in montibus, nullis Civilibus institutis aut domesticis moribus exculti, post manibus inclusi & ad humanitatem informati. Tertia dicitur fuisse Aeneadarum quorum primus Aeneas, ultimus Numitor Sylvius, qui à fratre Amulio remotus & à Nepotibus suis Romulo & Remo regno restitutus, hunc sequuntur Reges jam dicti. Post Reges, fuit Reipubl. gubernatio penes Consules qui consulere debebant Reipubl. iis insignia veterum Regum fascis lictores &c. & annum imperium concessum, ut Lucio Bruto, & Luc. Tarq. Collatino. Postquam enim Tarquinius Superbus, qui nec bonis artibus sed impiè & nefariè regnum paraverat, neque regia id administrasset virtute, sed superbè & tyrannicè; L. Brutus moliens novare res, primum consilium sociavit cum Valerio Poplicola, ut loquitur Plutarchus in Popl. p. 97. qui & res gestas antiquorum Romanorum & Graecorum nervosè ac graviter confert ac depingit. Hinc fuit Rom. Imp. sub Tribunis plebis, denuo sub Consulibus, post sub Dictatoribus, dictatura enim fuit interruptum & exiguo tempore durans imperium; dictabant & designabant futuros Magistratus, primus dicitur fuisse Largius, ultimus Julius Caesar, qui à Senatu dictus dictator, exules reduxit & proscriptorum sub Sylla liberos fama restituit; Diebus autem undecim dictatura abdicavit se. teste Plutarcho in Caes. p. 725. Ultimo ad Imperatores devoluta est Imperij gubernatio. vid. Domin. Floccum, qui appellari solet Fenestella. Pomp. Latum, Historicus Tacitum Val. Max. &c.

XI. Quod Imperium Romano-Germanicum attinet, non consentiunt inter se qui de hoc haecenus scripserunt. Colligunt quidam Caesaris s. Imperatoris Augustissimi Imperium esse Monarchicum, commune statuum R. I. regimen cum Cesare Aristocratiam indicare, adeoque quoad constitutionem & administrationem esse Monarchico-Aristocraticum. Afferunt alij in Imp. Nostrò statum Aristocraticum Monarchica administratione temperatum inveniri, praevalere Monarch. vel juxta alios speciem Aristocratiae s. Principatum. Majestatem non penes solum Imperatorem sed Imperium & Ordines esse. Historica fides & experientia testatur, quod non nisi communicato Consilio jura Majestatis exerceat Imperator s. fœ-

dera cum exteris s. bella, pacem, religionem & similia attendantur; Nolumus autem hic in propria vulnere & calamitosa nostri Imperij viscera quasi scire, aut eadem revelare. Hujus Imperij Cives sunt, qui actu obtinent potestatem judicandi, deliberandi, de iis quæ totam Rempubl. concernunt ut de bello, pace, legibus ferendis vel abrog. qui legitimam in comitiis standi & sententiam dicendi facultatem habent. Non igitur sunt sufficientes nota Civis propriè sic dicti R. I. ut quis sit insertus Matricule Ordini, cum plurimæ sint matricule, ut cui fides tuto sit adhibenda non constat, in quadam quæ Otthonis 3. esse dicitur referuntur Cives qui nihil commercij cum R. I. tamquam Cives habuerunt, aut qui eo tempore nondum extiterunt. In altera recensentur inter Ord. Imp. Reges extranei non pauci. Ex tertia aliquis cognoscere poterit quinam fuerint aliquando ad comitia publica vocati & debuerint in anar. publ. contribuere. Constat quoque illos in anar. publ. contulisse qui R. I. non fuerunt addicti, tanquam Cives, ut Poloni per aliquot annos, & Rex Boh. ab omnibus hisce liber est, & præcipuus Civis est hujus Imperij. Sunt Cives vel Clerici ut Archi. Episc. Episc. Abbates & Abatissa, qui ab Imperio German. territorium habent, religione Pontificij. Aug. Confess. Socij licet sint ejusdem Ord. excluduntur à jure Conciliorum s. ferendi suffragia in comitiis. Laici sunt: Electores Archid. Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones & Urbes libera quæ quot pleno Comitiorum jure fruuntur.

Succedendi modus per hereditatem diu obtinuit in Germ. imperio; hinc Greg. VII. Pontifice existente legem fecerunt, ut dignitas imperatoria per spontaneam electionem fieret, primo elegerunt omnes Princ. Episc. Nob. Civitates, post ad Septem Viros, Tres Ecclesiasticos, Mogunt. Trevir. Colon. & Quatuor Seculares, Bohem. Palat. Rheni, Saxon. Brandeb. & Bavaria Ducem hæc potestas devenit. Novimus ex Instrum. Pacis §. 4. nuper solenniter approbato, Dignitatem Electoral. Ducibus Bavar. esse confirmatam, usque dum superfuerint ex Linea Græulhelmicana hæredes legitimi ac masculi, quod si contigerit illam lineam prorsus deficere, superflite Palatina, non modo Palatinatum superior. sed etiam dign. Elect. quæ penes Bavaria Ducem fuit, ad Superflites Palat. redire, octavo Electoralu tunc prorsus expungendo. Verosimile est circa temp. Frid. II. constitutos fuisse primo Electores, quemadmodum asserunt quidam ante mille sexcentos præter propter annos nullam urbem fuisse à Germanis populis

pulis inhabitatam. Vide Juris. publ- Scriptores, ac Arnif. Conring.
& alios.

XII. Hispanice status Regius est, incipit uti credunt, anno mundi
2326. per Hispanum filium Hispaliſ. Fuit quoque sub Dynaſtis. Pri-
ma fuit Weſt-Gothorum quorum primus Athanaricus ſ. Athalopes, 10.
Atricus, quo vivente defecerunt Tholoſani, & Galli ultimus Rhodericus
qui jubente Juliano à Mauris interfectus fuit. Julianus Comes Hisp. &
ob ſuprum filia à Rege illarum armis Æthiopum debellavit Hisp. & Dyna-
ſtam interfecit A. poſt C. 717 d. 4. Septemb. Epitaph. Roderico in Urbe
Portugallia Viſa poſuerunt: Hic jacet Rodericus, ultimus Rex Gothorum.
Maledictus furor impius Juliani. &c. Secunda Auſtriarum & Legionis
è familia Roderici Pelagium eligentis in Ducem. Tertia Auſtriarum, Le-
gionis & Caſtella quam Ferdinandus I. Caſtella inchoavit. Quarta Ca-
ſtella Arrag. & Sicilia cui præfuit Ferdin. V. primo dictus Catholicus &
Magnus. Filia ejus Uxor Philippi Ducis Auſtrie & Mater Caroli V.
Quinta Hispaniarum, quo tempore regnante Philippo II. unitæ ſunt pluri-
mæ Provincia quibus hodie præeſt Rex, excepta America parte, videl. Hisp.
Arrag. Sicilia, Neapolis, Sardinia, Portugallia, Rex phrenesi horribili
periit, cui ſucceſſit Philippus 3. A. 1598. huic Philippus IV. A. 1620. Hoc
regnum eſt hereditarium, maſculo hærede deficiente Filia ſuccedit. Rex Ca-
tholicus non quidem agnoſcit in ſuo regno ſuperiorem, æqualem tamen
potèſtatem in omnibus ſibi ſubjectis provinciis non habet. In Arragonia
tanquam liberis & ad obediendum minimè pronis imperat, In Italia vi-
ventes Neapolitani, cum feroces ſint, potentia & vi quædam ad obſequium
incitantur; Siculi cum manſveti magis, gratioſa benevolentia Regiã gu-
bernantur; Mediolani temperatè partim benevol. partim potentia conti-
nentur. Hispanicum Regimen Belgarum provincia confederatæ repu-
diarunt, Belgij tamen partem decem provincias adhuc regit, per Vicarios.
Alias magna eſt poteſtas Regis in ſubditos partim abſoluta, partim limita-
ta, Conventuum quoque in Hisp. excellens eſt autoritas, ut ex Ordinatis &
Conſtitutionibus iſtius imperij, Petre Belluga. Joh. de Laet. &c. patet.
In Gallo-Brabantia vivunt Regis Hisp. ſtatutis ita in Mechlinia urbe, eſt
ſummus Senatus à Carolo Burgundo Regis Philipp. IV. abavo, inſtitutus,
unde plurimæ Civitates Belgicæ jus petunt. Caroli iſtius monumentum
viſitur in Nancejo urbe Gall. Brab. Ne tanta Viri laus inteſtata jaceret,

Hos Victor victi condidit ossa loco. Ecce Leo cecidit, jam pax quæstita
vigebit.

19.
XIII. Gallia status est Regius. Subditi regem non minus a-
mant quam metuunt, certum est, quod potestas Regis legibus ac multitudine
officialium, Consiliariorum qui tanquam Executores decretorum Regi
assistunt, limitata sit. Religionis Sacramentum quo Christianissimi titulum
tuetur, Jurisdicção regni legibus temperata, quando jurat se nihil velle
statuere in illis quæ universum regnum attinent, nisi ex Autoritate & Con-
silio publici Concilij, & Politia antiquitus constituta quæ Senatores &
Ordines nomine Regis in aliquot Civitatibus imperant, Regiam dignitatem
non minuunt. Per Instrum. pacis solemniter approbatum inter S.
Cæs. & S. Christ. M.M. (p. 57. seq.) Episcopatus Metensis Thull. Virodunen-
sis eo modo quo spectabant ad Rom. Imp. impostum ad Coronam Gallia
spectare eis, incorporari debere in perpetuum, reservato jure Metropol. ad
Trevirensis, decretum est, nec non jus in Pinarolum, concesserunt &
transtulerunt Imperator & Imperium in Reg. Gallia: Brisacum, Lant-
grav. Alsatia & Suntgovia, jus tenendi presidium in Castro Philipsburg.
protectionis causa, sumptibus Coronæ Gallia sustentandum. Alias anti-
quissimum hoc est regnum, in quo Governatores Reges & Dynastia nume-
rantur 103. Narbon putatur esse primus à quo quædam ejus pars Nar-
bonensis s. Navarra appellata. Gallia dicta à Rege Gall. Germano, impe-
rarunt ibidem Sicambri ante Chr. Natum primus eorum fuit Marcomi-
rus, ultimus Antharius, & post Chr. ubi incipit Francorum Dynastia,
primus dicitur Antenor, Genebaldus ultimus, postea series Regum Gallia
Merovingorum, Carolinorum, Hugonidarum s. Capetorum, quæ ultima
dicitur tertia vel quarta classis Regum Franciæ, quæ adhuc est, Ludovicus
XIV. dum puerili ætate est regitur & ipse & populus s. subditi ejus ab aliis.
20.
XIV. Similiter Remp. Anglicanam olim fuisse Regiam extra dubium
est; cum jus belli & pacis, monetæ æstimatio, officiorum publ. distributio,
sacrorum Cura Regis fuerit, qui in corpora subditorum delinquentium absolu-
tam potestatem habuit, non verò in eorundem bona, plus quam concessum
ex Parlamenti consensu. Enarrantur quoque aliquot Dynastia, ut
Britannorum bellicosorum ante temp. Julij Cæs. Romanorum qui irma-
nem gentem oppugnarunt. Anglo-Saxonum in qua floruit Witekindus
Magnus. Anglorum qui patrato bello & facta pace Eggeberto dignita-
tem

tem regiam detulerunt. Danorum qui Angliam ingressi Regem Canutum constituerunt. Nortmannorum qui Guilhelm. declararunt Dynastiam. Gallorum Blesensium & Andegavensium, Comitum Richemontanorum & Regum Scotiae. Primus Rex verè talis fuit Henricus 7. post Henr. 8. Eduardus 6. Maria Henrici 8. filia, Elisabetha, Jacobus 6. qui ob eruditionem & in subditos beneficentiam inclaruit, huic successit Carolus I. Ao 1625. nefario ausu à proceribus quibusdam regni, accusatus & supplicio affectus Ao 1649. Arcetur adhuc ab Imperio filius ejus primogenitus Carolus II. vi. fraude & armis inter quæ leges silent. Scotiae tamen, ut novelle referunt, imperium denuo adeptus. Scotiae regnum jam ante temp. Alexand. M. floruisse testantur, distinctum ab Angliæ & Hibern. hæc enim sub unum Imperium redegit Jacobus VI. qui Fidei Defensoris titulum accepit, ante illum due Dynastie existerunt Fergusii & Roberti Stuarti; hinc series quædam Stuartorum regnavit, quorum quatuor Roberti, quinque Jacobi appellati sunt, usque ad Mariam Jacobi V. Viduam, quæ reliquit Mariam, hæc primò Francisc. Regem Gallie, deinde Henr. Stuartum in matrimonio habuit, jussu Elisab. Sororis decollata, Filium Jacob. 6. reliquit, qui Henrico primogenito libr. de officio Regis inscripsit, sed is anteq. ad imperium perveniret, clam è medio sublatus cujus Frater Carolus I. In Hibernia ProRex qui summam obtinuit potestatem nomine Regis, tam pacis quam belli tempore, Equites auratos creare, magistratus munia, exceptis paucis conferre, crimina punire & remittere, nisi quædam læsæ Majestatis sint, potuit; in quæ dignitate Regiæ proxime fuisse Thom. Wentworth decollatum Ao 1641 ap. Lond. novimus. Magna itaq. Britannie status nunc alius est ac olim. De Nobilitatis & Parlamenti arrogantia jam olim Jacobus VI. in dono Regio l. 2. p. 49. conquestus. Fuisse olim tres Ordines, 1. Ecclesiasticorum, qui flabello seditionis evertente Regiam dignitatem, Puritana religione æqualitatem introducere conati sunt. 2. Nobilitatis quæ, etiam si secunda classis numeretur, vi tamen adjuvandum aut nocendum primas tenet; tertium ordinem constituerunt Municipales, Mercatores, Opifices. Hi jam olim temerè & inconsideratè de Magistratu summo judicarunt & novarum rerum studiosissimi dicuntur. Parlamentum Londense immensam potestatem jam olim sibi sumpsit, & populus iste ante seculum circiter, duo capita Regem & Papam, nunc ferè nullum habet. Mutuam istam inter Reg. & Subd. obligationem quæ legitur ap. Steph.

Steph. Junium, annihilatarunt. Olim Leges ab Ordinibus lata voce Regia sunt confirmatae in publicis comitiis. Vid. Rob. Hobbes, Boxhorn. Memoriale Anglicanum &c.

21.

XV. Sveciae Reges Monarchicè imperarunt, olim suffragiis eligebantur, nunc hereditario jure accipiunt imperium, in religionem Aug. Confess. & leges regni jurament. praestant. Senatum ex nobilitate electum, cui supremus regni Cancellarius praest, ut curas à Regia persona aliquantulum tollerent, ordinarunt. Obtinet hic quoque consilium momentum ea, quae à Principibus dum Reip. temporibus s. rationi, ut nunc loquitur, Status obsequuntur fuerint immutata, non usque adeò diligenti esse persequenda studio, unde nec in illis curiosus immorandum, quae sunt à nonnullis memoria prodita, de hujus regni origine, quam ab ipso Magogo nepote Noachi ex Japheto, octogesimo post diluuium anno regnante, deducunt. Haec ut vera sint, nostra non indigent approbatione, ut nec suppetit quo contraria refellamus: numerus regnantium recensetur 149. usque ad Serenissimam Reginam, quae successit Gustavo Adolpho M. Anno 1633. Alias constanti serie recensentur tres Dynastiae post N. Chr. à Biorno 3. reges domestici, usque ad A.C 1587. gubernarunt; hinc reges quidam Daniae & exteri Principes à quibus Margaretha prima fuit, ejecto Alberto, hinc Ericus 13. Pomeraniae Dux &c. post sub Gustavo Erici Equitis Filio, libertas avita restaurata; cui successit. Ericus 14. Johann. 13. Sigismundus Job. 3. Filius, qui ante patris obitum Rex Poloniae factus, ipso defuncto Sveciae Regnum adiit, quod tamen ingruente quadam bellica tempestate, deserere coactus fuit; hinc Carolus Sigism. patruus coronatus; cui Gustavus Adolphus Rex Inclytus successit. Nuper in Instrumento Pacis §. X. p. 108. seqq. Reginae Sveciae & futuris ejus heredibus ac success. Regibus, regnoq. Sveciae aliquot ditiones pleno jure in perpet. & immed. imperij feudum adjudicatae sunt. Ut tota Pomerania citerior cum Insula Rugia & à Pomer. ulteriori Stetin. Gartz, Dam, Goln. Wollin, una cum interlabente Odera & mari & ostiis. Civitas portusq. Wismariensis cum fortalitio Walfisch & Praefect. Poël & Newen Closter. Archiepiscopus Bremensis & Episc. Verdensis &c. ut jam cooptata sit Serenissima Regina Regniq. Sveciae success. in immediatum imperij Statum, ut citari debeant inter alios Imperij status ad imperij comitia. Quin & Livonia in Rigenses imperium habet. Vid. Bureum in descript. Svec. Allted. in Chron. &c.

XVI. Re-

XVI. Regni Daniæ regimen putant esse temperatum & medium inter Monarch. & principatum, Monarchiæ tamen status prævalet, Regum electio fit ex familia regia & hi Regibus dignam auctoritatem obtinent, neq. derogat Regiæ dignitati quod juramento se adstringat Rex. Summus n. Magistratus non imperat in leges, sed in homines zdum leges, neque servile est zdum bonas leges Remp. administrare, sed tum maximò zdum rectam rationem prudenti vivitur. Sive igitur leges formã & ordinẽ Reip. determinēt, s. administrationem dirigant, illas omnino observare debet summo magistratus. Ex Ordine Nobilitatis in Dania eliguntur Senatores Regni, qui annuatim conveniunt Hafniæ m. Julij, & unà cum Rege publica Comitia celebrant. Coram hoc judicio & confessu causa forenses proponuntur, ac decisione actutum componuntur. Si quid magni accidat de bello, pace, fœderibus, sinibus, Concilium Senatorum à Rege indicitur. Leges municipales & positivæ habent, easq. paucas secundum quas componunt controversias, ut non sit opus prolongare litigia forensia: Barones, Duces, Comites in ista regione non sunt, sed Nobiles, Equites, nisi fortè à S. Cæs. Maj. vel à Rege alio creati fuerint Comites. Alias hoc regnum quoque est antiquiss. numerus Regum dicitur 101. usque ad Sereniss. Fridericum III. qui Christiano IV. Patri Regi laudatissimo successit A. 1648.

XVII. Poloniæ hodiernum regimen mixtum est ex Aristocr. Democr. & Monarchia; ita tamen ut Aristocraticus status ferè prævaleat. Antiquitus 7. Dynastiis subditi fuerunt Poloni, prima fuit ante Pyastum, ubi regnavit primò Lechus & duodecim Duces Palatini Vojewode; ultimò Popielus Junior. Secunda est Piastarum: Piastus ex plebejo statu, ob fortitudinem bellicam electus, ultimus in hac Dyn. Miceslaus qui inter Pol. Principes primus fidem Christianam suscepit. Tertia est Regum Piastadarum, quorum primus Boleslaus ab Ottone 3. Imp. Rom. Rex creatus. Ultimus Boleslaus Audax. Quarta Principum ut Ullaidisl. I. & Lesci Nigri. Quinta Polonorum & Exterorum ut Primislai, Ludovici Regis Ung. & c. Sexta Jagellionidarum, Jagello Litvanus nomen Ullaidisl. in baptism. accepit, ultimus Sigismundus Augustus. Septima quæ adhuc danti, quam incepit Henricus, continuavit Anna Sigism. Soror, cujus maritus erat Stephanus Bathoreus Transylv. Cui successit Sigismundus III. Rex Sveciæ, huic Ullaidislaus Sigism. in cujus locum electus est Frater ejus Sereniss. Joh. Casimirus Ao 1648. Quod ante Miceslai temp.

temp. fuerit minimè Monarchicum referunt, quodq; sub nomine Ducis ac principis olim fuerit gubernata Polonia, Honor Regius Chobro s. Boleslao primitus collatus ab Imp. Rom. Sæpe per Interregna & ab aliis Princip. fuit interturbatus: quem revocavit Primislaus, quævis adhuc viget. In Ordinem sacrum Rex jurisdictionem exiguam habet; de fama & capite delinquentis Equitis, nonnisi in comitiis cum Senatu iudicat. Senatus constat 96. Consiliariis. Archiepiscopus Gnesensis primas Regni & Senatorum primus est. Magna omnino est libertas & autoritas totius Nobilitatis in Polonia, in Comitibus publicis, ubi de maximis negotiis Reip. deliberandum. Orichovius in Annalibus Polon. originem à Slavis s. Macedonibus Dalmatis deducit & alia ad statum huius Reipubl. pertinentia refert.

34. XVIII. In Africa Abyssinorum Rex Presbyter Johannes dictus imperat tanquam Dominus. Magnus Dux Moscoviæ regit populum tanquam Dynasta despoticè, absolutè disponit de subditorum rebus ac personis, utq; hoc dominium servet, inter reverentiam & fiduciam medios suos servat. Persarum quoque regnum tale est, ut Rex se ferat supremum Sacerdotem, unicuique legum ferendarum & abrogandarum dominum, plures habet principes quos appellant Chanos, uti Reges Paxtra, iustitia vigor in animadvertendis criminibus deprehenditur. Herodotus lib. 1. jam olim retulit: quod apud Persas fas non est facere, id nec dicere. Vid. Olear. in Itin. Persico. Turcicum s. Ottomannorum magis accedit ad Tyrannidem; Persæ enim superant Turcas humanitate & Civilitate. Incola non sunt subditi sed servi & mancipia; Omnia privatorum bona Imperatori competunt, exceptis paucis eorum bonis, qui singulari privilegio muniti à Mahom. Constantinop. degunt, unde arma subditis aufert, & Janizaros alit, sanguine Fratrum se polluit, emulos non fert, crudeliterq; imperat. Alias Constantinopolis nova Roma antiquitus appellata, Imperatores Orientis habuit celeberrimos. Isacium Angelum Comnen. Alexios, Theodor. Lascaris, Michaellem Palæologum &c. & varia ibidem fuerunt munia Aulicorum, Logotheta erat præfectus anarij, Cancellarius, Quæstor, Discussor, Protovestiarius s. Protovestiarites erat vestium præfectus. Despota vocabantur filij Fratresq; Imperatoris, Sebastocratores Cæsar & Patriarchæ appellati sunt, imprimis verò Imperij Successor, nonnunquam & aliis principibus amicitia & affinitatis causa hæc deferebant

dant nomina. *Kralis Rex, Kraleina & Kralitza Regina, Trapezus Dapifer s. mense administrator, Stratopedarcha Magnus, Magnus Domesticus, Protostrator, Chartularius, Magclabites i. e. custos ad aulæ januam clava armatus.* Vide Meursium. Sledan. Chronolog. ut Georgii Logothetæ ex edit: Theodori Doufæ. &c. *Similiter Magnus Mogol in Asia Tyrannicè imperat, cum voluntas ejus pro lege habeatur, hinc terminat forenses causas irrevocabili judicio, ut nulli intercessioni vel appellationi locus sit. Hac & his similia Imperia congruunt barbaris illis populis & cum antiquis illis Ætiop. Congor. Angolarum nonnull. Medorum, Babylon. Syrorum &c. quæ hic recensere operæ pretium non permittit.*

XIX. *Quod Politiam Ebræorum Antiq. attinet, nobis videtur verosimilis eorum sententia, qui existimant non dari in profanis scriptoribus ullam speciem s. formam Reipubl. simplicem, vel mixtam bonam vel malam, quæ ex æquo possit huic Judæorum statui, quem maximè ex revelatione divina cognovimus, applicari. Viguit ibi nova quædam Reipubl. forma novo nomine digna, à Josepho dicta Theocratia. lib. 2. contra App. p. 1071. Cum omnia jura, ut loquuntur, Imperij & Majestatis, fuerint modo peculiari penes DEUM unice; neque enim Reges, Judices, Seniores, populus ullo temp. debuit aut potuit, sine crimine læsa Majestatis divine, quicquam consultare, neque secundum consulta agere, nisi requisito & prævio peculiari indultu divino. Si quis juxta jus Regium 1. Sam. 8. officium Regium in populo Jud. determinare velit, ac credat Reges observasse illud, statuatur necessum est, Reges istos fuisse Tyrannos aut Tyrannicè imperasse, potius verò asserendum quod ibi non exponatur, quod bonus Rex de jure agere debeat, sed quid reprobus agat, & acturus sit, idq. in terrorem & pœnam Israhel. quæ rejecto imperio DEI, postularunt sibi Regem, quemadmodum & aliæ Gentes. Vid. Sigonium, Conring. & alios.*

XX. *Batavorum Confœderat. Resp. florentissima & amplissima est, ubi status Aristocraticus prævalet. Leges universales num. 21. quæ initium isti Reipubl. fecerunt, sub auspiciis Guilhelmi Auriaci Ao 1579. hodie accuratissima observantur, nisi quod in modo convocandorum Ordin. Fœd. celebrandisq. Comitibus nonnihil sit mutatum. Generales Ordines sunt Antistes fœderis & Singularum dition. Ordines non sunt subditi, sed socij illorum, ut General. Ordinum statuta non habeant vim obligandi, nisi à Singularum ditionum ordinibus sint approbata. In supremo Gen. Ord. Senatus*

G 2

natus

natu septem sunt Viri, Legati, hac serie, Geldria; Hollandia; Zelandia,
Trajecti, Frisia, Transsularia, Groninga. Præsidis in hoc Senatu officium
est ambulatorium, & munus Legato conceditur ad triennium vel sexen-
nium; stipendia quæque à sua ditione accipit. Huic Senatui adjungitur
alius ex duodecim Legatis provinciarum constans, qui itidem Ordines di-
cuntur; Præses perpetuus in hoc Senatu est Princeps supremus militia Im-
perator, qui cum in castris agit, vacuas militares dignitates, in quoscunque
vult, transferre potest & solet: sex ditionum præfecturam habet, Frisia
quæ ipse singularem agnoscit Gubernatorem: Supremus Acad. Curator est,
per Holland. & Zeland. jus habet, quot annis mutandi dimidiam partem
Urbani Magistratus, & ejus votum in supremis Zel. Comitibus quæ 7. votis
absolvuntur, vim habet trium. Fœdera cum multis exteris Principibus,
Dominis & Rebuspubl. partim communis hostis, partim commerciorum
causa inierunt; per Agentes & Legatos tuentur fœdera. Collegio utriusq;
India, quæ sunt privatorum societates publicâ auctoritate instituta, multum
faciunt ad Conservat. hujus Reipubl. hinc fit ut illis liceat suis sumptibus
militem conducere, idoneas classes contra hostes instruere, fœdera inire ad
commerciorum exercitium. Civiles Controversie tres habent Curias
Provincialem, Supremam & Revisionis litium, Alias ad Fœd. Belg. Remp.
spectant unus Geldria Ducatus, duo Comitatus Holl. & Zelandia, quatuor
dominia Traj. Fris. Trans. & Gron. His accedunt in Flandria Brabantia
& in ipsis finibus Germanici Imperij Civitates vi bellorum expugnatae
Rhenoberga, Vesalia, & in Cliviam superiorem Rhenum excurrentes ur-
bes. In Indorum Orb. Regna plurima, quorum nomine Legati s. Guberna-
tores iisdem honoribus ac Reges fruuntur, & habentur eodem loco quo pro-
vincia olim ap. Romanos sunt habitæ. Magnæ tantum urbes Hollandiæ
sex, suffragium in Comitibus habent, parvæ non, quia sumptibus propriis ad
Ordin. Conventum legatos deputare & Hagæ alere nolunt aut nequeunt.
Civitates Brabantia vi armorum subactæ, quondam petierunt, ut sibi in
supremo Senatu sententiæ dicendæ jus esset, quod inconsultum cæteris vi-
sum, quia constantius videtur majestate Reipubl. si apud eos solos maner-
ret imperij potestas ex quibus Reipubl. auspicia fuerunt enata. Vid. Mè-
rul. Grotium &c.

XXI. Venetarum Reipubl. status itidem est florentissimus mixtus ex Regio Aristocr. & Democr. Apud quosdam est summa totius Reipubl. potestas, ex quorum decretis reliquorum autoritas & negotia dependent; hi magnum Concilium constituunt, in quo omnis Cives Nobiles conveniunt, ac de agendis deliberant. Decem-Viri vero referunt Concilium Praconsultantium, isti deliberata in magno Concilio ad Senatum deferunt & executioni tradunt. Dux v. qui per vite tempus isto honore fruatur, regiam dignitatem obtinet, Serenissimus & Celsissimus appellatur, omniaq; diplomata publica sub ejus nomine promulgantur. Vid. Contarenum. Helvetiorum Respubl. talis est, quae Libera & cum Batav. & Ven. in multis conveniat, mixta dicitur ex Aristocratia & Democratia. Libertas eorum incepit Ao 1315. in Schwitz, Uri & Underwanden, quibus diverso tempore aliae Civitates accesserunt, ut Basl. Friburg. Berna &c. quae ab optimatibus reguntur, & dantur leges communes, quibus omnes tenentur in Helvetia, adeoq; Magistratus qui constituti sunt, populi & omnium Civium nomine cuncta agunt. Vid. Simlerum. Afferenda quoque essent nonnullae aliae Respubl. ut Bohemiae, Ducum Burgundiae, Electorum, Archiducum Austriae, Principum, Comitum, Marchionum &c. Romani Imperij & aliorum. Caterum cum ille, partim sub his, quae attulimus comprehendantur, partim peculiariter a quodam tanquam Respubl. non sunt descriptae, istam curam aliis relinquimus. Ita Bohemiae olim unus, temperato tamen ac cum optimatibus diviso imperio gubernati fuerunt, nunc Bohemiae Regis titulum Imperatoris Rom. Filius primogenitus sibi vendicat. Alias Bojemorum nomen est valde antiquum & fuerunt hi partim sub Ducibus ut Zecho, Croco &c. partim sub regibus ut Ulladislao, Carolo IV. aliis intermediis Ferdinando II. Imp. contra quem electus fuit Fridericus V. Palat. & pulsus Ao 1620. A. 1625. Ferdinandus Ernestus s. III. electus & coronatus. Hungari quoque sub Dynastiis variis barbarorum, ducum; regum Germ. Bobem. nunc Austriacorum sunt. Burgundiae Gubernatores numerantur a Priamo rege Trojanorum usque ad Philippum IV. regem Hispaniae 52. Vide plura ap. Chronologos & Politicos communiter.

NIHIL NOVI SUB SOLE.

PRÆSTANTISSIMUS HOMO EST, QUI IN REBUS
NECESSARIIS MAXIME ERUDITUR.

OLTHOFI

31.

32.

33.

34.

35.

OLTHOFI Civis; tentas ostendere, quænam
Olim Res-fuerit-Publica quæque Nova.

Sic perge, Eximii Curis infilito Civis,
Historici munus, Cosmopolita, refers.

Hon. & gratul. E. Amico-Populari Dn. Resp. f. M. M. W. Præses.



Aprilis terras aperit, ver floribus ornat
Campos, & sterili gramina reddit agro.

Veris ad exemplum mentis tua dona virescunt,
Quæ superant flores, gramina mille modis.

Non tua dona ruunt, sed gignunt fertiliores
Fructus, dum scandis pulpita sacra Rosa.

Hosce tuos fructus, sapientia summa, virentes
Servet, maturos divite messe beet.

Politifs. Dn. R. Contub. & Commens. dilectifs. app.

Ericus Tilemannus Becker Stoltzenovia Westph.




SPes Patris, Olthofi, Clari, ac æmula Proles
Ejus, pars animæ & dulcis Jane meæ

Gratulor, ingenii specimen, quum Præsede Docto,
Des Doctum, cœptis adsit JOVA tuis.

Præstantifs Dn. R. Amico Fautori honoratifs. deprop.

Jacobus Danneelius S. S. Th. & Philos. Stud.



SIC rerum summam tanget, sic ibit ad astra,
Improba qui studiis otia multa dedit.

Ecce videbit opes, magnosq; videbit honores,
Qui cultor Phœbistrenuus esse cupit.

Ergo ne dubites conscendere Palladis arcem,
Et cinget laurus tempora docta Tibi.

Amico & Convictori suavis. app. voluit

Egbertus Hendrici Bergman Aurica Fris.



dant nomina. *Knalis Rex, Kraleina & Knali*
fer s. mensæ adminiftrator, Stratopedarcha
Protostator, Chartularius, Magclabites i. e.
va armatus. Vide Meursium. Sledan. Chr
thetæ ex edit: Theodori Doufæ. &c.

XIX. Quod Politiam Ebræorum
verosimilis eorum sententia, qui existimant
ribus ullam speciem s. formam Reipubl. simpl
malam, quæ ex æquo possit huic Judæorum sta
latione divina cognovimus, applicari. Vig
forma novo nomine digna, à Josepho dicta T
p. 1071. Cum omnia jura, ut loquuntur, Imper
do peculiari penes DEUM unice; neque enim
pulus ullo temp. debuit aut potuit, sine crimine
quam consultare, neque secundum consulta a
peculiari indultu divino. Si quis juxta ju
Regium in populo Jud. determinare velit, ac
statuat necessum est, Reges istos fuisse Tyr
potius verò asserendum quod ibi non exponat
gere debeat, sed quid reprobus agat, & actum
nam Israël. quæ rejecto imperio DEI, postu
modum & alia Gentes. Vid. Sigonium, C

XX. Batavorum Confederat. Res
est, ubi status Aristocraticus prævalet. Leg
initium isti Reipubl. fecerunt, sub auspiciis G
diè accuratissime observantur, nisi quod in
Fæd. celebrandisq; Comitibus nonnihil sit m
sunt Antistes fæderis & Singularum dition.
focij illorum, ut General. Ordinum statuta no
à Singularum ditionum ordinibus sint appre

Handwritten notes in cursive script, including names like 'P. A. P. 1071' and 'C. A. P. 1071'.

*pezes Dapi-
Domesticus,
Januam cla-
orgii Logo-
Mogolin
hinc termi-
el appellati-
illis populis
dorum, Ba-
mittit.
obis videtur
anis scripto-
n bonam vel
imè ex reve-
lam Reipubl.
contra App.
fuerint mo-
Seniores, po-
divina, quic-
lito & previo
n. 8. officium
ervasse illud,
icè imperasse,
Rex de jure a-
rororem & pæ-
m, quemad-
& amplissima
um. 21. quæ
ci Ao 1579. ho-
dorum Ordin.
nales Ordines
nt subditi, sed
obligandi, nisi
o Gen. Ord. Se-
natus*

28.

29

30.

